

## XXXX.

Tractatio huius exercitii est perquam difficilis, quia distincte cognoscendi sunt mores eorum, quos loquentes hoc modo introducimus. *Difficultas huius exercitii.*

## XXXI.

Iuuabit igitur THEOPHRASTI, CLARAMONTII, HVARTI, BARCLAI, MORNÆI ac similibus scripta euoluere, qui de ingeniorum & morum characteribus commentati sunt. *Subsidia hac in re.*

## XXXII.

Addi his exercitiis ab aliis solent laudationes, vituperia, consultationes, epistolæ, declamationes & quæ generis sunt eiusdem. *Plura ab aliis adduntur exercitia liberiora*

